



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VIII. Der Cardinal und Legat Hugo ertheilt denen, die dem Hospitale zum heil. Geist in Salzwedel Unterstützungen gewähren, einen Ablass von 40 Tagen, am 5. Januar 1252.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

VII. Die Grafen von Danneberg überlassen dem Hospital des h. Geistes zu Salzwedel drei Hufen zu Rohrberg, welche die Markgräfin und mehrere Edelleute für das Hospital von einem ihrer Lehnsleute erkauft haben, am 24. Juni 1248.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Bernardus et Adolfus, dei gratia Comites de Dannenberghe, omnibus hoc scriptum visuris salutem in Christo. Nouerint hanc paginam visuri, quod nos de communi consilio heredum nostrorum et ad petitionem domini Gerberti de Bardeleue, castellani nostri, tres mansos in villa Rorberge, quos idem Gerbertus a nobis iure tenuit pfeodali, cum omni integritate et iustitia, sicut ipse antea possidebat, et quos Domina Marchionissa et Dominus Aluericus de Kerkoue et Dominus Ernestus de Dannenberghe et Dominus Arnoldus de Bodenstede hospitali S. Spiritus apud Soltwedele comparauerunt a Gerberto jam sepius prenotato, memorato hospitali diuine retributionis intuitu contulimus libere possidendos. Quod hoc ratum maneat et illesum hanc scribi fecimus litteram sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum apud Dannenberghe, anno gracie M. CC. XLVIII. indictione septima, in die Iohannis Baptiste.

Aus Gerken's Cod. I, 38.

VIII. Der Cardinal und Legat Hugo ertheilt denen, die dem Hospitale zum heil. Geist in Salzwedel Unterstützungen gewähren, einen Ablass von 40 Tagen, am 5. Januar 1252.

Vniuersis Christi fidelibus per Alamanniam constitutis, ad quos presentes litere peruenerint, frater Hugo, misericordie diuinae gratia sancte Sabine presbyter Cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout gessimus in corpore, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur sicut dilecti filii Nobiles viri Iohannes et Otto, Marchiones Brandeborgenses, nobis intimare curarunt, ad sustentationem pauperum et infirmorum ad hospitale seti. Spiritus in Soltwedel verdenensis diocesis confluentium ipsius non suppetunt facultates, vniuersitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias ad id elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, vt per subuentionem vestram dicti pauperes et infirmi valeant sustentari et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate consili omnibus vere penitentibus et confessis qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem Quadragesima dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentes vero mitti per questua-

rios districti prohibemus, eas si fecus actum fuerit carere viribus decernentes. Datum Colonie, Nonis Ianuarii, pontificatus Domini Innocentii pape quarti Anno nono.

Aus Dannel's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 3.

IX. Bischof Gerhard von Verden bestätigt das Hospital zum heiligen Geist in Salzwedel, im Jahre 1252.

Gherardus, Dei gratia episcopus, Borchardus, Prepositus, Meynricus, Decanus, totumque Verdenfis ecclesie Capitulum omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Domino. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul labuntur cum tempore, adhibenda est discretio et cautela, ut quod pium et dignum memoria agitur, oblivionis jactura preclusa occurrat notitie futurorum. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos institutionem et ordinationem hospitalis Sancti Spiritus, quod interjacet civitati Soltwedel et ville Perwere, a Domino Ottone, Marchioni Brandenburgensi, pie et laudabiliter factam et de consensu et bona voluntate Domini Thiderici, Prepositi de Saltwedele, in una parochia situm est, favorabiliter approbatam, videlicet quod ipse dictum hospitale cum omnibus suis attinentiis ab omni jure, quod ei in ipso cedere posset in presenti, sive suis successoribus in futuro, per omnia liberum reliquit, secundum quod etiam in literis super hoc confectis tam Domini Marchionis, quam etiam ipsius prepositi evidenter et plenius videri potest et colligi, ratam habemus, cupientes ipsam obtinere robur perpetue firmitatis. Ad amputandum igitur omnem dubitationis scrupulum super hoc facto tam laudabili et rationabili et ne aliquo casu futuris quibuscunque temporibus ipsum hospitale et provifores ejusdem in jure suo impediri contingat forsitam aut gravari, in hujus facti memoriam et consensus et rathabitionis nostre super hoc accidentis evidentiam presenti scripto sigillorum nostrorum appensionibus roborato jam sepe dictum hospitale et provifores ipsius, qui pro parte fuerint, dignum duximus muniendos. Datum anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, pontificatus nostri anno primo, in civitate Verdenfi.

Nach Lenz Br. Urk. II, 881.

X. Paps Innocenz IV. giebt dem Hospital zum heiligen Geist in Salzwedel das Recht, bei einem allgemeinen Interdict den Gottesdienst bei verschlossenen Thüren halten zu können, am 5. Mai 1253.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Magistro et fratribus hospitalis sancti Spiritus in Soltwedel Verdenfis diocesis salutem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium partibus favorem benevolum impertiri. Eapropter dilectarum in Christo filiarum Mulierum Marchionisse Brandeborgensis et nate ipsius Ducisse de Brunswick per suas nobis literas pro vobis supplicantium ac vestris precibus inclinati auctoritate vobis presen-